 tur; Procedens autem dicitur tes-  
 timonio d̄ni dicentis. Cum autem  
 uenerit paracl̄tus quē ego mit̄ā  
 uobis a patre sp̄m ueritatis qui a pa-  
 tre p̄cedit. ille testimoniū p̄hibe-  
 bit de me; Et rursus ille inquit  
 me clarificabit. quia de meo acci-  
 piat. & annuntiabit uobis; Hic autē  
 non solum natura procedit. sed sēp̄

ad peragenda opera trinitatis in  
desinenter procedit. Hoc autem int̄  
est inter nascentem filiū & proceden  
tem sp̄m sc̄m quod filius ex unō nas  
citur. sp̄s sc̄s ex utroq; procedit.  
Et ideo dicit apostolus. Quia autē  
sp̄m xp̄i non habet. hic non est eius.  
Nam pat̄. numquā legitur missus.  
sp̄s uero missus. ut est illud domini  
cū. paraclētus inquit sp̄s sc̄s quem  
mittet pater in nomine meo. ille  
uos docebit omnia. & suggeret  
uobis omnia; Paraclētus enī gre  
ce. Latine interpretatur consolator  
a consolatione; Paraclētus enī con  
solatio int̄ precat̄; Xp̄s enim eum  
apostolis lugentibus misit post  
quā ab eorum oculis ipse in caelū  
ascendit. Consolator enī tristib;  
mittitur sc̄dum illam eiusdem dñi  
sententiā. Beati lugentes quō ip  
si consolabuntur. Ipse & iam dicit;  
Tunc lugebunt filii sponsi cum ab  
eis ablatus fuerit sponsus. Item  
paraclētus pro eo quod consolatio  
nē prestat animis. quia gaudium  
temporale amittunt. Alii para  
clētum. Latine oratorem uel ad  
uocatum inter p̄tantur. Ipse enī

sp̄s sc̄s dicit. Ipse docet & p̄sum  
datur sermo sapientiae. Ab ipso  
sc̄a scriptura inspirata est; Ideo  
sp̄s sc̄s septiformis nuncupatur.  
p̄p̄t dona quae de diuinitate ei  
plenitudine particulatim quicq;  
ut digni sunt consequi p̄mere p̄t;  
Ipse enim sp̄s sapientiae & intel  
lectus. sp̄s consilii & fortitudinis.  
sp̄s scientiae & pietatis. sp̄s timo  
ris dñi d̄r; Sp̄s autem principa  
lis in psalmo quinquagesimo le  
gitur. ubi quia tertio sp̄s repetit̄  
nonnulli trinitatē intellexerūt;  
Ideo q; scriptum est. d̄s sp̄s est; Quod  
enim non est corpus. & tamen est.  
uidetur restare ut sp̄s sit; Intel  
legunt enim nonnulli trinitatē  
significari; In sp̄u principali pat̄rē.  
In sp̄u recto filium. in sp̄u sc̄o. sp̄m  
sc̄m; Sp̄s sc̄s ideo donum dicitur.  
eo qd̄ datur. ad dando enim donū  
est nuncupatū; Notissimum enī  
est dñm ih̄m xp̄m cum post resur  
rectionē a mortuis ascendit in  
caelū. dedisse sp̄m sc̄m. quo cre  
dentes impleti linguis omnium  
gentiū loquebantur. In tantum  
enim donum d̄ est. In quantum

27.

Sp̄tu principali  
firma me.

datur eis qui peum diligunt dñm. apud se autem dñs est apud nos donum est. sed sempiterna sps scs donum est distribuetur singulis prout uult gratiarum dona. Nam & pphas quibus uult impertit. & peccata quibus uult dimittit. nam peccata pñra sine spū scō non donantur; Sps scs in de caritas ppriae pñcipatur. uel quia naturaliter eos a quib; pcedit coniungit & se unum cū eis eē ostendit. uel quia in nob id agit ut in dō maneamus. & ipse in nob; Unde & in dñs dñi nihil manifeste caritate. & nullū est maius donum dñi quam sps scs; Ipse est & gratia quae quia non pmeritis nr̄is sed uoluntate diuina gratis datur. Inde gratia pñcipatur; Sicut unum cum dñi uerbum propriae uocamus nomine sapientiae. cum sit pater & filius & sps scs uniuersaliter sapientia. Ita sps scs propriae pñcipatur uocabulo caritatis cum sit pater & filius uniuersaliter caritas. Sps scs digitus dñi eē. in libris euangeli

Nullum donū  
magis spū scō

Digitus  
dñi

aptissime declaratur. Cum enim unus euangelista dixisset & indigitotē eicio daemona. alius hoc idem ita dixit. In spū dñi eicio daemona. Unde & digito dñi scripta lex est data die quinquagesimo ab occisione agni. & die quinquagesimo uenit sps scs a passione dñi nr̄i ihū xp̄i. Ideo autē digitus dñi ut eius operatoria uirtus cum patre & filio significetur. Unde & paulus ait; Haec autem omnia operatur unus atq; idem sps; Diuidens singulis prout uult. Sicut autem per baptismum in xp̄o morimur & renascimur. Ita spū signamur. qui est digitus dñi & spūitale signaculum; Sps scs idcirco in columbae specie uenisse scribitur. ut natura eius pauem simplicitatis & innocentiae declaratur. Unde & dñs estote inquit simplices sicut columbae. haec enim auis corporalit̄ ipso felle caret & habens tantum innocentia & amorem; Sps scs inde nomine ignis appellatur. pro qđ in apostolorum actib; p diuisionē linguarū ut ignis apparuit. qui & in seclit

Columba caret felle.

sup unum quemque eorum. propt  
ea autem diuersarum linguarum  
gratiam apostolis dedit ut idonei  
efficerentur fidelium eruditione  
populorū. quod uero supra singu  
los sedisse memoratur id causae  
est ut intellegatur p plures non  
fuisse diuisus. sed mansisse in sin  
gulis totus sicut se re ignibus  
mos est. hanc enim habet naturā  
ignis accensus ut quanti ad eum.  
quanti ad crinem purpurei splen  
doris aspexerint tantis uisum  
suae lucis in partiat. tantis misere  
riū sui muneris tribuat. & ipse  
in sua nihilominus integritate  
p maneat. Sp̄s sc̄s nomine aque  
appellatur in euangelio claman  
te dño & dicente. Siquis sitit ue  
niat ad me & bibat. qui credit  
in me flumina aquae uiuae.  
fluent de uentre eius. euangelis  
ta autē exposuit. unde dicens.  
secutus enim ait. Hoc enim dice  
bat de sp̄u quem acceptur erat  
credentes in eum; Sed aliud est  
aqua sacramenti aliud aqua  
quae significat sp̄m dī. Aqua  
enim sacramenti uisibilis est.

29.  
aqua sp̄s inuisibilis est. Ista  
abluit corpus & significat qd  
fit in anima. p illud autē sp̄m  
sc̄m ipsa anima mundatur &  
saginatur. Sp̄s sc̄s ideo unctio  
dicitur. A iohanne apostolo  
testante. quia sicut oleū natu  
ralē pondere sup fertur liquo  
re omni. Ita in principio super  
ferebatur sp̄s sc̄s aquis. Unde  
& dñs oleo exultationis. hoc est  
sp̄u sc̄o legitur fuisse unctus. &  
iohannes apostolus sp̄m sc̄m unc  
tionem uocat dicens. Et uos in  
quit unctioem quā accepistis  
ab eo p maneat in uobis. & neces  
se non habetis ut aliquis doceat  
uos de omnire. sed sicut unctio ei  
docet uos de omnire. Ipse est enī  
sp̄s sc̄s unctio inuisibilis.

#### DE EADEM TRINITATE.

**T**rinitas appellata quod fiat to  
tum unum ex quibusdā trib;  
quasi trinitas. ut memoria in  
tellegentia. & uoluntas. In quib;  
mens habet in se quaedam ima  
ginem diuinae trinitatis. Nam  
cum tria sint. unum sunt. quia  
& singula in se manent. & omnia

Natura olei.

in omnibus. Omnis itaque scriptura  
 ueteris ac noui testamenti diui-  
 nitus inspirata. sic catholicae in-  
 tellegitur hoc insinuat quod  
 pat̄ & filius & sp̄s sc̄s unus sit d̄s.  
 eiusdem substantiae. uniusque  
 essentiae. atque inseparabilis in  
 diuinitatis unitate. Ideoque non  
 sunt tres di. sed unus d̄s pater  
 & filius & sp̄s sc̄s; quamuis pa-  
 ter filium genuerit. & ideo fi-  
 lius non sit qui pater est. filiusque  
 a patre sit genitus. Et ideo pater  
 non sit qui filius est. Sp̄s sc̄s nec pat̄  
 sit nec filius. sed tantum patris &  
 filii sp̄s. Patri & filio & cum ipse  
 coaequalis. & ad trinitatis pertinet  
 unitatem. & haec trinitas. unus ē.  
 d̄s. ex quo omnia p̄ quem omnia  
 & in quo omnia. Beato paulo apos-  
 tolo attestante ubi ait; Quō ex ip-  
 so & p̄ ipsum & in ipso sunt omnia.  
 ipsi gloria in saecula saeculorū am̄.  
 Igitur firmissime credimus pa-  
 trē & filium & sp̄m sc̄m unum ēē.  
 naturaliter d̄m. neque tamen ipsū  
 patrem ēē. qui filius est. nec filium  
 ipsum ēē. qui pater est. nec sp̄m sc̄m  
 ipsum ēē. qui pater aut filius est.

Una est enim patris & filii & sp̄s sc̄i  
 essentia in qua non est aliud pat̄.  
 aliud filius. aliud sp̄s sc̄s. Quamuis  
 p̄sonaliter sit alius pater. alius fi-  
 lius. alius sp̄s sc̄s. quod nobis maxi-  
 me in ipso sc̄arum scripturarum de-  
 monstratur Initio. ubi d̄s dicit fa-  
 ciamus hominem ad imaginē &  
 similitudinem nr̄am; Cum enim  
 singulari numero dicit imaginē.  
 Ostendit unam naturam ēē. ad  
 cuius imaginē homo fieret; cum  
 uero dicit pluraliter nr̄am. ostē-  
 dit d̄m ad cuius imaginem homo  
 fiebat. non unam ēē. p̄sonam. Si  
 enim illa una essentia patris & fi-  
 lii & sp̄s sc̄i una esset p̄sona. Non  
 diceret ad imaginem nr̄am sed ad  
 imaginem meā; Nec dixisset facia-  
 mus sed faciam; Si uero in illis tri-  
 bus p̄sonis tres ēent intellegende  
 uel credendae substantiae. non  
 diceret ad imaginē nr̄am. sed ad  
 imagines nr̄as. sed ad unā imagi-  
 nem unius d̄i homo factus dicitur  
 ut una sc̄ae trinitatis essentialit̄  
 diuinitas intimeretur; hanc quoque  
 trinitatē p̄sonarū. atque unitatē  
 naturae. p̄pheta esaias reuelatā

sibi non tacuit. cum sed dicit audis  
se seraphim clamantia. Sc̄s. Sc̄s.  
Sc̄s dñs dñs sabaoth. ubi prorsus in  
eo quod dicitur tertio sc̄s. p̄sona  
rum trinitatē. In eo uero quod  
semel dicitur dñs dñs sabaoth. di  
uinae naturae cognoscimus uni  
tatem; Plane absq; omni dubita  
tione credendum ē. patrem. &  
filium & sp̄m sc̄m unum eē. dñm  
omnipotentē aet̄num. Incommu  
tabilem. & singuli horum dñs &  
simul om̄s unus dñs. & singulis quis  
que horum plena & p̄fecta. & ae  
terna substantia. & simul om̄s  
una substantia. quia quicquid  
est pater quod dñs est. quo substan  
tia est. quo aeternitas ē. hoc fili  
us hoc sp̄s sc̄s est. Ita & uiam & fi  
lius eo quod est dñs quo substantia  
ē. quo aeternitas ē. hoc est pat̄.  
hoc est sp̄s sc̄s. & quicquid sp̄s sc̄s  
est eo quod dñs est. quo substantia  
est. quo aeternitas est. hoc pater  
est & filius. una in tribus diuini  
tas. una essentia. una omni po  
tentia. Et quicquid substanti  
aliter de dō dici potest si forte  
de solo patre interrogatus fueris:

37.  
quid sit pat̄. responde dñs. Inter  
rogatus de filio. responde dñs.  
Interrogatus de sp̄u sc̄o. respon  
de dñs. Si interrogatus fueris  
simul de patre & filio & sp̄u sc̄o.  
non deos. sed dñm responde: omni  
potentē incommutabilem. Sci  
endum est quod quaedā de dō  
substanti aliter dicuntur. ut  
est dñs. magnus. om̄ps. & quicquid  
ad sed dicitur id est substantiā  
diuinitatis significans. quaedā  
itaq; relatiuae dicuntur ut pa  
ter ad filium. filius ad patrem.  
& sp̄s sc̄s relatiue ad patrem &  
filium. ad se autem siue pater.  
siue filius. siue sp̄s sc̄s dñs dñs. Itaq;  
pat̄ eo quod dñs est. hoc ipso substan  
tia ē. quia eiusdem substantiæ  
filius. p̄culdubio & filius dñs.  
& sp̄s sc̄s dñs. At uero dñs eo quo  
pater est. relatiue dicitur.  
quia non substantiæ nom̄ est.  
sed refertur ad filium. non sic  
dicim' filium patre eē. quomo  
do dicim' filium dñm eē. nec ita  
dicimus patrem filium esse. sicut  
dicim' dñm eē; Quid dñs substanti  
aliter dñs. pat̄. & filius. & sp̄s sc̄s.

relatiue dicuntur.

**DE ANGE LIS.**

**A**ngeli grece uocantur. ebraice malaoth. Latine uero nuntium interpretantur. Ab eo quod dñi uoluntate populis nuntient. Angelorum autē uocabulum officii nomē est non naturae. Semp enim sp̄s sunt sed cum mittuntur uocantur angeli quib; ideo pictorum licentia pennas facit. ut celerem eorū incuncta discursum significet. sicut & iuxta fabulas poëtarū uenti pennas habere dicuntur. ppter uelocitatem scilicet. Unde & scriptura sacra dicit; Qui ambulat super pennas uentorū. Nouem autē eē ordines angelorum sacrae scripturae testantur. Idest angeli. Archangeli. Throni. dominationes. Uirtutes. principatus. potestates. cherubin. Et seraphim. quorum officiorū uocabula cur ita dicta sint interpretando exsequimur; Angeli uocantur ppter quod de celis adnuntiandū hominib; mittuntur; Angelus enim grece. Latine nuntius dicitur.

malaoth:

ordines ang. clorū  
sūt nouem:

Archangeli greca lingua summi nuntii inter pretantur. Qui enim parua uel minima adnuntiant angeli. Qui uero summa archangeli nuncupantur. Archangelidicti eo quod primatū teneant inter angelos. Archos enim grece. Latine princeps interpretatur; Sunt enim duces & principes sub quorum ordine unicuique angelorum officia deputati sunt. Nam quia archangeli angelis praesunt Zacharias ppheta testatur dicens; Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur. & angelus alius egrediebatur in occursum eius. & dixit ad eum. Curre loquere ad puerum istum dicens; Absque muro habitabitur hierusalem. Si enim in ipsis officiis angelorum. nequaquam potestates superiores inferiores disponerent. nullo modo hoc quod homini diceret angelus ab angelo cognouisset. Quidam autē archangelorū priuatis nominibus appellantur. ut uocabula ipsa in opere quidam leui designantur; Gabriel ebraice.

Gabriel:

In lingua nra uertitur fortitu  
do di. ubi enim potentia diuina  
uel fortitudo manifestatur ga  
brihel mittitur. Unde & eote  
pore quo erat dñs nasciturus.  
& triumphaturus de mundo ga  
brihel uenit ad maria. ut illum  
annuntiar& qui adde bellapidas  
aer&as potestates humilis ueni  
re dignatus e. Michahel int  
pre&atur quis sicut dñs. quando  
enim aliquid in mundo mirae  
uirtutis fit hic archangelus mit  
tatur. & ex ipso opere nom est  
ei. quia nemo ual& facere qd  
facere potest dñs. Raphahel  
interptatur curatio uel medi  
cinadi. ubicumq; enim curandi  
opus necessarium e. hic archan  
gelus ad o mittitur. & inde me  
dicinadi uocatur. Unde & ad  
tobiac idem archangelus mis  
sus oculis eius curatione adhi  
buit. & cecitate deterfa uisum  
restituit. Nominis em inter p  
tatione. & angeli officiu desig  
nat. Ithron aute & dominati  
ones. & principatus. & potesta  
tes. & uirtutes quibus cunctam

caelestem societate apostolus  
complectitur ordines angelo  
ru & dignitates intellegunt.  
& p hac ipsa distributione of  
ficio ru. alii throni. alii domi  
nationes. alii principatus. alii  
potestates dicuntur. pceras  
dignitatib; quibus inuicem  
distinguuntur; Uirtutes an  
gelica quaedam ministeria  
phibentur. p quos signa et  
miracula in mundo fiunt  
ppt quod & uirtutes dicunt.  
Potestates sunt quib; uirtutes  
aduersae subiectae sunt. &  
inde potestatum nomine pun  
cupantur. quia maligni sps  
eorum potestate coercentur.  
petant u mundo nocent quan  
tum cupiunt; Principatus se  
hi qui angeloru agminibus p  
sunt. qui p eo qd subditos an  
gelos ad expletidum ministe  
rium diuinu disponunt. prin  
cipatus uocabulu acceperunt;  
Nam alii sunt qui am ministrant.  
alii qui assistunt sicut & p da  
nihelem dñs. milia milium mi  
nistrabant ei. & decies milies

Michahel

†

†

†

centena milia assistebant illi:  
**D**ominationes sunt hi qui & iam  
 uirtutibus & principatibus pre  
 eminent. qui pro eo quod cete  
 ris angelorū agminibus domi  
 nantur. dominationes uocantur.

**T**hroni sunt agmina angelorū  
 qui latino eloquio sedes dicuntur;  
 et uocati throni quia illis con  
 ditor p̄sidet & p̄ eos iudicia sua  
 disponit. Cherubin autē & ip  
 si sublimes caelorum potestates  
 & angelica ministeria eē p̄hi  
 bentur. qui ex hebraico in lingua

*Cherubim:*

nrām int̄ p̄stantur scientiae  
 multitudo. sunt enim sublimi  
 ora agmina angelorum. qui  
 pro eo quod uicinius positi di  
 uina scientia ceteris amplius  
 pleni sunt. Cherubin. id est ple  
 nitudo scientiae appellantur.

Ipsa sunt illa duo animalia sup  
 p̄pitiatorium arce<sup>h</sup> ficta ex me  
 tallo p̄p̄t significandā angelo  
 rum p̄sentia. In quorum medio  
 ostenditur d̄s; Seraphin quoq;  
 similiter multitudo est ange  
 lorū qui ex hebreo in latinum ar  
 dentes. t̄ incendentes inter p̄

tantur. quidcirco ardentes uo  
 cantur. quod inter eos & d̄m nul  
 li alii angeli consistunt. Et ideo  
 quantum uicinius coram eo con  
 sistunt. tanto magis claritate  
 diuini luminis inflammantur.

**H**aec igitur uocabula agminum  
 angelorum. ita specialia ordini  
 singulorum ut tamen sint ex par  
 te communia omnium. Nam  
 dum throni di sedes in quorum  
 d̄m angelorū ordine speciali  
 ter designentur. tamen p̄ psalmis  
 tam. qui sedes sup cherubin dicitur.  
 Sed ideo isti ordines angelorū  
 priuatis nominibus appellati.  
 Quia hoc ipsum officium in p̄prio  
 ordine plenius acceperunt. & cū  
 si p̄ omnibus communia proprie  
 tate & nomina suis ordinibus  
 deputantur. unicuique enim sicut p̄  
 dictum ē. p̄pria officia sunt in  
 iuncta quae p̄meruisse eos in mu  
 di constat exordio; Nam qui an  
 geli locis & hominibus praesunt  
 p̄phete testatur angelus dicens;  
 Princeps regni persarum restitit  
 mihi; Unde apparere nullum eē.  
 locum. cui angeli non praesint.

hic est ordo & distinctio angelorum qui post lapsum malorum in caelesti uigore persistenterunt.

Nam postquam apostate angeli ceciderunt. hi perseverantia aeternae beatitudinis solidati sunt. Unde & post caeli creationem in principio reperitur. fiat firmamentum. & uocatum est. firmamentum caelum. mirum ostendens quod post ruinam angelorum malorum. hi qui permanserunt firmitatem aeternae perseverantiae consecutusunt. nullo iam lapsu auersi. nulla superbia cadentes. sed firmiter in dei amore & contemplatione manentes. nihil aliud dulce habent. nisi eum a quo creati sunt; Quod autem duo seraphim in esaias leguntur. figuratim ueteris & noui testamenti significationem ostendunt. Ideo uero faciem & pedes dei operiunt. quia praeterita antemundum. & futura post mundum scire non possumus. sed media tantum eorum testimonio contemplamur; Singuli senas alas habent. quia de fabrica

tantum mundi quae in sex diebus facta sunt in presenti saeculo nouimus. quod clamat ter sanctus alter ad alterum trinitatis in una diuinitate demonstrat mysterium. Sed quid prodest nos de angelicis spiritibus ipsa perstringere. si non studeamus haec & iam ad nostrum profectus congrua consideratione diriuare. quia enim superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat. ad quam tantum credimus humanum genus ascendere. quantos illic contigit electos angelos remansisse; Sicut scriptum est; Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum dei. Debemus & nos aliquid ex illis distinctionibus supernorum ciuium ad usum nostrae conuersationis trahere. nosque ipsos ad incrementa uirtutum bonis studiis inflammare. quia enim tanta illic ascensura creditur multitudo hominum. quanta multitudo remansit angelorum. superest ut ipsi quo

que homines qui ad caelestempatriam redeunt. ex eis agminibus: aliquid illuc reuertentes imitentur. Distincte namque conuersationes hominum. singulorum agminum ordinibus congruunt. et in eorum sortem per conuersationis similitudinem deputantur;

Nam sunt plerique qui parua capiunt. sed tamen haec eadem parua pie adnuntiare fratribus non desistunt. Isti itaque in angelorum numerum currunt;

Et sunt nonnulli qui diuine largitatis munere resecti secretorum caelestium summa & capere perualent & nuntiare. quo ergo isti. nisi inter archangelorum numerum deputantur.

Quo igitur isti. nisi ad supernarum uirtutum sortem & numerum congruunt. Et sunt nonnulli qui & iam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant. eosque uirtute orationis. & uia acceptae potestatis eiciunt; Quo itaque isti meritum suum. nisi inter potestatum caelestium numerum sortiuntur;

Et sunt nonnulli qui acceptis uirtutibus & iam electorum hominum merita transcendunt. Cumque & bonis meliores sunt electis quoque fratribus principantur;

Quo ergo isti sortem suam. nisi inter principatum numerum acceperunt; Et sunt nonnulli qui sic in semet ipsis cunctis uirtutibus omnibus que desideris dominantur. ut ipso iure munditiae dum inter homines uocentur; Unde & ad moysen dicitur; Ecce constitutus sum in pharaonis; Quo ergo isti. nisi inter numeros dominantium currunt; Et sunt nonnulli qui dum sibi in ipsis uigilanti cura dominantur dum se sollicita intentione discutiunt. diuino timori semper inhaerentes. hoc in munere uirtutis accipiunt. ut iudicare recte. & alios possint; quorum perfecto mentibus dum diuina contemplatio praesto est. in his uelut in throno suo dominus praesidens aliorum facta examinat & cuncta mirabiliter de sua sede dispensat; Qui ergo isti. nisi in throno sui conditoris sunt. uel quomodo nisi ad supernarum sedium nume

Et sunt qui mira facientia signa uel operantur.

tibus & iam electorum hominum merita transcendunt. Cumque & bonis meliores sunt electis quoque fratribus principantur;

Quo ergo isti sortem suam. nisi inter principatum numerum acceperunt; Et sunt nonnulli qui sic in semet ipsis cunctis uirtutibus omnibus que desideris dominantur. ut ipso iure munditiae dum inter homines uocentur; Unde & ad moysen dicitur; Ecce constitutus sum in pharaonis; Quo ergo isti. nisi inter numeros dominantium currunt; Et sunt nonnulli qui dum sibi in ipsis uigilanti cura dominantur dum se sollicita intentione discutiunt. diuino timori semper inhaerentes. hoc in munere uirtutis accipiunt. ut iudicare recte. & alios possint; quorum perfecto mentibus dum diuina contemplatio praesto est. in his uelut in throno suo dominus praesidens aliorum facta examinat & cuncta mirabiliter de sua sede dispensat; Qui ergo isti. nisi in throno sui conditoris sunt. uel quomodo nisi ad supernarum sedium nume

ros asscribuntur p quos dum sca  
 eccta regitur. Plerumq; de qui  
 busdam suis infirmis actibus & a  
 electi iudicantur; Et sunt nonnul  
 li qui tanta di a pximi dilectio  
 ne plenisunt ut cherubim nomi  
 nentur. Quia enim ut praefati  
 sumus cherubin plenitudo scien  
 tiaae dr. Et paulo dicente didi  
 cimus. quia plenitudo legis carita  
 tas. omis quidi & p sumi carita  
 te ceteris amplius plenisunt. **A**  
 meritorum suorum sorte inter  
 cherubin numero perceperunt.  
 Et sunt nonnulli qui supernae  
 contemplationis amore accep  
 si. In solo conditoris sui deside  
 rio anhelant. Nil iam in hoc  
 mundo cupiunt. solo a eter  
 nitatis amore pascuntur. ter  
 rena quaeq; abiciunt. cuncta  
 temporalia mente transcen  
 dunt. amant & ardent atq;  
 in ipso suo ardore requiescunt;  
 amando ardent. Loquendo &  
 alios accendunt. & quos uer  
 bo tangunt ardere protinus  
 in di amore faciunt; Quid ergo  
 istos nisi seraphim dixerim. quo

rum cor in igne conuersum lu  
 cet & urit. quia & mentium ocu  
 los ad superna inluminat. &  
 conpungendo inflexibus uitio  
 rum rubiginem purgat. quier  
 go ita ad amorem sui conditoris  
 inflammatisunt. quousi nisi  
 inter seraphim numerum sor  
 tem suae uocationis acceperit;  
 Uae autem animae quae in se  
 de his bonis quae numerauim  
 minime aliquid recognoscit.  
 eique adhuc uae dolerius im  
 minet. si & priuatam sedonis  
 intellegit; Et nequaquam ge  
 mit. Quisquis ergo talis est  
 frs mei. gemendus est ualde  
 quia non gemit. Pensemus igitur  
 accepta electorum munera  
 & uirtute qua possumus. ad a  
 morem tantae sortis anhelem.  
 qui in se donorum gratiam mi  
 nime recognoscit gemit. Qui  
 uero in se minora cognoscit.  
 maiora aliis non inuideat.  
 Angelorum enim nomine potes  
 tates superne ut supra ostendi  
 mus designantur. ut in psalmo.  
 Qui facit angelos suos sps; Ange

lus autem triplice dñs n̄r ih̄s  
 x̄ps n̄cupatur. Idest nun  
 tius paterne uoluntatis.  
 Unde p̄ph̄a ait; Venit ad  
 templum suum dominator  
 quem uos uultis. & angelus  
 testamenti quem uos deside  
 ratis. Angelus iohannes pre  
 cursor in malachia uocat̄.  
 ut est illud. Ecce mitto an  
 gelum meum ante faciē tuā.  
 Simili quoq; modo & in apo  
 calipsi ubi proelia describun  
 tur. Ita legit̄. Uidi angelū  
 fortem uolantē p̄ medium  
 caelum. Angeli sc̄i p̄dicato  
 res uocantur. De quibus dñs  
 ad iob p̄ diabolo loquens ait.  
 Cū sublatus fuerit timeb̄t  
 angeli & terra purgabit̄.  
 Et alibi. Angeli pacis amare  
 flebunt. & in apostolo appa  
 ruit angelis q̄d̄ nom̄ p̄ natu  
 rā sed p̄ officium ministratio  
 nis sortiti sunt. Angelus dia  
 bolus in apostolo n̄cupat̄.  
 ubi ait. Quia si angelus de ce  
 lo euangelizauerit uob̄ p̄ter  
 q̄d̄ euangelizauimus anathe

masit. Similiter & angeli in  
 mundi sp̄s n̄cupat̄ur. ubi  
 idem apostolus ait. Nescitis  
 quia angelos iudicabimus.  
 quanto magis saecularia. his  
 uero similia exempla qui scrip  
 turas legit̄ inuenire poterit.  
 Exepl̄c. LIB. I. INCIPIT. LIBER. II.  
 DE HOMINIBUS QUI QUODĀ  
 PRAESAGIO NOMINA AC  
 CEPERUNT.

**A**dam quia sicut beatus heroni  
 mus tradidit homo seu ter  
 renus siue terra rubra inter  
 p̄tat̄. Ex terra enim facta est  
 caro. & humus hominis faci  
 endi materies fuit. hic figu  
 rā xp̄i gestauit. Nam sicut il  
 le sextadie formatus ē. ad ima  
 ginē d̄i. Ita sexta mundi aeta  
 te filius d̄i formam carnis in  
 duit. ut reformaret̄ hominē  
 ad similitudinē d̄i. Eua int̄  
 p̄ratur uita. siue calamitas  
 siue uae. Uita quia origo fu  
 it nascenti. calamitas & uae.  
 quia p̄ p̄uaricationē causa ex  
 stitit morienti. a cadendo  
 enim nom̄ assumpsit calamitas.

Adam .i. terra:  
 Eua .i. uita: